BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Viertel 9. Jh.
Seite 151
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

dies cum auferetur abeis sponsus & tunc ieiunabant. Igitur sinagoga quia sponsi la&titiam
qua uiuere possit amisit quasi plangentes inter mortua iacens nec hoc quidem ipsum quare
plangatur intellegit.

Ad illed ixit Nolite flere non est mortua sed dormit.

Hominib: mortua (erit) qui suscitare nequiuerunt dō dormiebat in cuius ditione & anima recep
tauiuebat & caro resuscitando quiescebat. Unde mos xpianus obtinuit ut mortui quie
scant resturi esse non dubitantur dormientes uocentur. Sicut apostolus. Nolumus inquit
uos ignorare fr̄es de dormientib: ut non contristemini sicut & ceteri qui spem non habent.
sed & in parte allegoriae cum anima quae peccauerit ipsa moriatur. tamen ea quae resuscita
ri ex pomeruerit nobis quidem mortua fuisse sed et ob dormisse dici potest.

Et deridebant eum scientes quia mortua est.

Quia uerbum resuscitantis deridere quam credere malebant. merito foris excludunt ur
indigni qui miraculum resurgentis uiderent.

Ipse autem tenens manum eius clamauit dicens puella surge.

In marco scriptum est. ait illi tali tha cum mi. qd int̄ptatur puella tibi dico surge. & confestim
surrexit. ubi diligens lector inquirit quare euangelista dictum saluatoris ex
ponens interposuerit de suo tibi dico cum in sirosermone quod posuit non plus sit dictum
quam puella surge. tenens ergo manum puelle ihs sanauit eam quia nisi prius mundatae
fuerint manus iudaeorum quae sanguine plenae sunt. sinagoga eorum mortua non consurgit.

Et reuersus est spiritus & surrexit continuo.

Marcus tadicit & confestim surrexit puella & ambulauit spiritalit̄ insinuans quia quis
quis a morte animae exposibi manum confortante resipiscit non modo a sordib: exsurgere
uitiorum sed & in bonis continuo proficere debet & operibus.

Et iussit illi dari manducare.

Ad testimonium quidem uitae resuscitata manducare p̄cipit. ut non fantasma sed uera cre
deretur. sed & si quis a spiritali morte surrexerit caelesti necesse est. mox pane sacri
& diuinis eliciis & uerbi & sacro scriptaris particeps effectus. nam iuxta moralem intellectu
tres illi mortui quos saluator in corpo ri b: suscitatur triagenere resurrectionis ani
marum significant. siquidem nonnulli consensum maledilectationi p̄bendo latente
tantum cogitatione peccati sibi mortem conscisciunt. sed tales seuuificare significans
saluator suscitauit filiā archisinagogi nondum foris elatam sed in domo mortuam. qua
siuitium secretio in corde tegentem. Alii non solum noxia delectationi consentiendo.
sed & ipsum malum quod delectantur agendo mortuum suum. quasi extra portas efferunt
& hos se si penetrant resuscitare demonstrans suscitauit iuuenem filium uiduae suscita
uit extra portas ciuitatis elatum & reddidit matri suae quia resipiscentem a pec